

Dissertatio

332

Affyriorum
Monarchia,
& Historia.

* Anno M.
circiter 1757.
Period. Ju-
lian. 2467.

m Gene. 14. 1.
¶.

n Judic. 3. 8.
o Ann. M.
3255.
p Herod. 1. 1.
e 95.

q Ann. M.
3257.

r Ann. M.
3323.

s Ann. M. cir-
citer 3378.

Persarum Mo-
narchia.

Persarum Monarchiam sub Cyro tantum-
modo cœptam omnes vulgo testantur.
Quodam quidem Authores scimus, qui
Cambysem Cyri Patrem Persarum Regem
constituant, cuius tamen rei, quam Hero-

dots & Trogus improbant, validum ar-
gumentum nullatenus proferunt. Quamvis
Persarum Monarchæ ante Cyrum extul-
sent, adhuc de iis certi nihil statui pos-
set, quod eosdem penitus ignoremus,
Persæ Cyri initio valde quidem humiles;
qui verò eorum Monarchæ vetustatem
longinquius protrahunt, Achemenem Cam-
bysem patrem & Cyri avum non præter-
grediuntur. Post Cyrum, & in Scripturis
& apud prophanos Authores celeberrimum,
Persarum Monarchia potentissima evasit:
verùm temporaneum fuit Imperium; à Cy-
ro enim, qui anno 3456. Babylone Re-
gnū suscepit, usque ad Condomani Da-
rii, Regum Persarum postremi, cladem (t),
anno 218. tantummodò numerantur;

t Ann. M.
3674.

¶ Vid. lib. in-
script. His-
toria Relig. ve-
ter. Pers. ex
libro inscripto
Zandavas.
Zandavas.
Paris.
in offic. Ni-
vei. 1657.

Post primos Affyriæ Reges Nini suc-
cessores, secundum Affyriæ Imperium scimus,
quod ex primi ruinis Junior Ninus con-
didit (g). Hic Teglatphalasar à Scripturā
appellatur. Annis 19. Ninive imperavit;
Salmanassarem, Sennacherib, & Assaradonem
successores habuit. Assarodon, Ma-
nasse Judeæ Rege imperante (r), Babylo-
nis Imperio, quod heredes defecissent,
potius, utramque Affyriæ & Chaldaæ Mo-
narchiam iterum conjunxit. Huic successit
Saosduchin, forte idem cum Nabuchodonosore,
qui in Judithæ Libro de Arphaxad,
alter Phraorte, Medorum Rege victoriam
retulit.

Post Saosduchin Chinaladan, alter Sa-
rac, imperavit; quem Nabopolassar Chal-
daeus, seu Babylonius, & Affyages Me-
dus oppugnarunt (t); ejusque Imperium
inter se partiti, Chaldaeorum & Medorum
Regna ab Affyria Imperio iterum seince-
re. Affyriæ Monarchia nunquam impo-
storum restituta excidium possumus hic con-
signare; Nabopolassar enim, Nabuchodonosor,
Evilmerodach, & Balthasar, Baby-
lonis Reges, ad Chaldaeorum Monarchiæ
continuationem pertinent.

De Affyriæ Imperio, annorum 1620. spa-
tio plures vero, & plures restituto,
hac, qua occurrant, certiora. Verùm hu-
jus Monarchiæ historia cadaveris, ita di-
xerim, speciem praefat. Eius enim distin-
ctè nomina, regni durationem, plerorumque
Regum gesta, & Imperii fines igno-
ramus; certum quoddam, quo instruamus,
monumentum nullum extat. Authores, qui
de hac historiâ disserunt, eamdem nunquam
perispiciu novere, quare neque inter ipsos
convenit; quomodo enim e. g. Ctesias
cum Herodoto, ceterisque Affyriæ Imperii
Historicis conciliatur?

Persarum Monarchiam sub Cyro tantum-
modo cœptam omnes vulgo testantur.
Quodam quidem Authores scimus, qui
Cambysem Cyri Patrem Persarum Regem
constituant, cuius tamen rei, quam Hero-

dots & Trogus improbant, validum ar-
gumentum nullatenus proferunt. Quamvis
Persarum Monarchæ ante Cyrum extul-
sent, adhuc de iis certi nihil statui pos-
set, quod eosdem penitus ignoremus,
Persæ Cyri initio valde quidem humiles;
qui verò eorum Monarchæ vetustatem
longinquius protrahunt, Achemenem Cam-
bysem patrem & Cyri avum non præter-
grediuntur. Post Cyrum, & in Scripturis
& apud prophanos Authores celeberrimum,
Persarum Monarchia potentissima evasit:
verùm temporaneum fuit Imperium; à Cy-
ro enim, qui anno 3456. Babylone Re-
gnū suscepit, usque ad Condomani Da-
rii, Regum Persarum postremi, cladem (t),
anno 218. tantummodò numerantur;

t Ann. M.
3674.

Elam Per-
sorum Author.

u Holopher-
nes Dux exer-
citūs Nabu-
chodonoso-
ris, aliter
Saosduchin
Affyriæ Re-
gis.

x Judit. 16.

12.

y Ezech. 27.

10.

z Dan. 5. 18.

a Genes. 14. 1.
9.

b Isai. 22. 2.

c Jerem. 25.

25. & 49. 34.

d Isai. 44. 28.

e 45. 1.

De Historiæ Hebræorum præstantia . 333

simus argumentum, quo ad veram popu-
lorum originem indagandam, ad Scriptu-
ras confugendum esse ostendamus.

Veterum Persarum reliqui nunc in-
Oriente sub Sophi, & in Indiis degentes,
& ignis cultui, pluribusve alius priorum
Persarum superstitionibus addicti, suam
utique ipsorum historiam & vetustam ori-
ginem prorsus ignoramus. Librum, qui
sue Religionis ritus, & fidei articulos
continet, & quem Zandavastav (e) ap-
pellant, diligentissime servant. Ferme ut
Hebræi Mundi originem narrant; Adam
& Evam generis humani progenitores no-
scunt; homines jam in terras effusos & vi-
tios addidit diluvio interisse ferunt, pre-
ter Noe, quem secundum Adam vocant,
& præter nonnullos, qui orbem populis
iterum frequentarunt.

Universi creatorem Deum tenent, à
quo in sex divisum partes opus suum ar-
bitrantur. 1. Cælum & spheras in amoe-
num quedam & deliciosissimum locum,
sole, luna, stellis, ornatum fabricavit; se-
des destinatas Angelis, & cæteris omnibus,
qui præceptis Divinis sedulè obtem-
perassent. Post absolutum opus, quinque
diebus cessavit.

Post hæc conditus Infernos in insima
orbis regione, locus tenebris horrendus, &
impis, qui Creatorem offendenter, desti-
natus.

Cum his occuparetur Deus, Lucifer se-
cessione ab illo facta, in Inferni deterio-
rem locum actus est præcepit, ubi ad exti-
tum usque mundi detineatur. Post hæc
condita, iterum quinque dierum quies-
sunt.

Aqua & terra, quibus inferior mundus
constat, tertium Dei conditoris opus fue-
runt; quibus statua quinque dierum requies-
sunt.

Quartum opus, arbores & plantæ in ci-
bū hominum & animalium, tum statua
iterum quies.

Quintum opus, omnis generis animantia;
quies iterum.

Sextum, Adam & Eva humani generis
parentes creati sunt. Ex Eva singulis die-
bus gemelli sœtus nati; unde tanta homi-
num multitudo, quæ mille annorum spa-
tio mortem nullam vidit.

Cum Deus malum Luciferi in se animum
intueretur, quippe qui non in suam tantum
majestatem injurijs, sed in homines etiam
noxia moliretur, malis eius consilii oce-
currerunt ratus, Inspectores in Creaturas
suis instituti. Principes dati sunt in Ca-
los Hamulli in Angelos Aerob; in solem
lunam & astra Jodob; in terram Soreb; in
aquas Josa; in bellus Sumbole; in pisces
Dalo; in arbores Rocan; in virum &
mulierem Coas. Inspectores vero, nequid
Lucifer ejusque Clientes in Creaturas mo-
lirentur, dati sunt Sertan, & Asud.

Cum hominum criminis plus nimio cre-
vissent, immisso in terram diluvio Deus
homines demersit omnes, uno excepto
Noemo, (secundum Adam appellant) aliis
corporis partes; Deus vita spiraculo sce-
num animavit; sœminam sociavit; ambo
autem illi terra fructibus pascabantur,
ab animalibus omnibus prorsus abstinen-
tes,

Scimus, primum Persarum Regem constituunt;
camque Monarchiam à Regibus 45. gestam,
annis mille perstuisse ostentant: quorum
Regum postremum Yédegerdem vocant,
quem Arabes Mahometani Regno expul-
sum (f), ut Karasonum se recipere. f Anno Egira
adegerunt. Vix hac ex historiis, quæ 31. Chri.
apud nostræ atatis Persas servantur. Qui
bus sanè ostendit, quæ plurima illos
lateant; & quid nobiscum fieret, si ad mo-
numenta, quæ apud Orientales populos
extant, configundum esset, ut veteres
eorum historias perciperemus, nisi præstò
nobis essent primū Sacri Hebræorum Li-
bri, deinde Graci & Latini Historici,
qui, desinibus Hebrais, nobis opitu-
lantur.

Veterum Persarum vetustissima, idiomate
& characteribus incognitis inscripta, adhuc
extant monumenta, quibus in Oriente au-
gustius nihil, nihilque præstantur. Ma-
gnificarum Urbis Persepolis, uti creditur,
Ædium, quarum conditores ignoti, Iti-
nerantibus rudera inspiciuntur, in quibus
quædam Greca inscriptions (g), cæte-
ris recentiores. Verum sepulchrorum po-
tius, quæ veteranum Persidis Regum ædium,
Chardin.

Veterum Persarum vetustissima, idiomate
& characteribus incognitis inscripta, adhuc
extant monumenta, quibus in Oriente au-
gustius nihil, nihilque præstantur. Ma-
gnificarum Urbis Persepolis, uti creditur,
Ædium, quarum conditores ignoti, Iti-
nerantibus rudera inspiciuntur, in quibus
quædam Greca inscriptions (g), cæte-
ris recentiores. Verum sepulchrorum po-
tius, quæ veteranum Persidis Regum ædium,
Chardin.

h Paris. apud
Robertum Ni-
vei. in 8.
1667.

i Vide Iter
Perf. D.
Iter. pers. 8.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

les. Primi hujus hominis nomen *Porous*, *oemina Parcoutea*, è quibus nati quatuor liberi, *Brammon*, *Cuteri*, *Schuderry*, *Urisus*. Ne fratribus sores adderet, abstinentum censuit Deus, metu ne incestu foedarentur; sed conjugii gratia singulas singulas foeminas creavit, quas in quatuor Orbis angulis constitutas singuli illi fratres in diversa aenebentes offendebant, junctoque cum illis connubio in suo quisque angulo fedes constituerent.

Cum quatuor hi fratres ad virilem aetatem pervenissent, à Deo iussi, facta à se invicem secessione, quatuor Orbis partes frequentandas singuli singulas petierunt. Assigatus *Brammoni* Orients, quod iter suscepimus unà secum retulit librum Legum, quas à Domino acceperat. Offendit inter eundem foeminae nigricante comā, & vultū colore subnigro, cui post mutua colloquia maritali lege conjunctus est. Nata inde florens posteritas, è qua universus Orients frequentatus. Foeminae hujus nomine *Savatra*.

Cuteri, alter filius *Poroi*, Occidentem versus iter suscepit, ferens in manu tratum sibi à Deo ensim, strenuum se Vixum gerere ambiens. Post aliquot dierum iter, in foemina instrumento quadam (*Chuberry* appellant) rotundo, cuius acuta superficies, armata incidit. Porro armorum illud genus longius ejaculatur, forulum habet in ventre, cui insertum suniculum tenens jaculator, vibratum spiculum deinde reducit. Foemina, igitur *Toddicares* dicta, singulariter invita certamen cum viro, cuius post tres vel quatuor dies produci, exitus fuit pax inter adversarios, & conjugium. Nati inde populi Occidentales, gens strenua, bellicosa & semper in arms parata.

Schuderry, tertius filius *Poroi*, negotiacioni exercende destinatus ad Septentrionalem plagam misus est. Habet illi apud se pondera & flateram; & cum non longe esset à monte *Stachala*, concharum rium nactus est; nec longius excurrens in altero monte adamantes invenit. Adamantibus igitur & unionibus onustus, iter prosequens, destinatam sibi à Deo uxorum prospexit. Propior illi factus, inter mutua colloquia optare se cum illa conjugium significavit. Annuit foemina, & una simul operā ambo conjuges se totos mercatur, gigendisque per totum deinde Septentrionem divisus filius addixerunt. Nomen mulieris *Vifagondab*.

Urisus, junior inter fratres, meridianum iter suscepit, instrumenta ferens ad usum vita accommodata. Septem maria viam intersecantia in lyntribus ad hoc fabricatis transfretavit. Secundum hęc in litora septimi maris oblectationis gratia instruētissimas aedes excitavit. Accidit ut foemina à Deo illi in conjugium destinata cui nomen *Jejunogunda*, inde forte pertransiens, ædium magnificientiam aliquandiu subsistens spectaret. Vidi illam *Urisus*, allocutus est, rogavit ut sibi dextram conjugii daret. Recusans illa fecerit; sed aliquandiu post regressa, votis plenissimè an-

nuit. Nati inde populi Meridionales.

Diu post quatuor illi fratres instat quædam à natura propensione avitas fedes ut repeterent adducti sunt. Hie igitur omnes una simili confusu junci aliquandiu subtiliterunt; sed nato tandem inter amicos dissidio, sejuncti sunt, unaque pariter singulorum crimina in immensus aucta; quorum merito immensus à Deo diluvium aquarum omnes oppresit. His extintis, nova à Deo creatura, & novus mundus. Creati igitur tres homines multò quam extinti illi, perfectiores: prior omnium *Bremavo* maribus & foemini dignitatis destinatus. Ex utroque ejus latere mas & foemina nati, à quibus deinde novis incolis totus mundus repletus est. Secundus homo *VVyleney* servandorum hominum cura destinatus; tertius *Ruddery*, qui destruens hominibus operam daret. Cum hominum sceleris ultionem in se Dei provocasset, turbinis procella excussa omnes ferme oppresit, rarissimis nonnullis exceptis, à quibus novi incolæ mundo rediit. Sed iterum ad sceleris; iterumque validā terræ successione exterminium. Quartæ aetatis, quæ nunc agitur, ultio igne destinata. Hac Banianorum dogmata.

Quis inter tot fabellas reliqua ferre ubique obtinetis traditionis vestigia non videat, de creatione nempe mundi & origine omnium hominum è duorum conjugio? Cetera ad fabellas non invitam amamus; sicut & ea, quæ de mundi quatuor aetatis statuant, vaga sunt nimis, & incerta, ut certum aliquid ad historiam inde deducatur.

Vetusatem Ægypti præ ceteris perpetuò ostentabant, cum quibus Scythæ de antiquitate quidem decerterunt (*i*), sed frustra; quod enim illi historias nunquam scripserint, certa sua originis, suæque Monarchia Regum monumenta producere non valent. Ægypti è contra-
(*k*) & Libros & Historias vetissimas, monumenta, & Ægyptiorum Regum Catalogos præferentes, Ægypti Imperium à Diu primò, à Semideis deinde seu Herobius, ab hominibus seu Regibus postmodum gestum tuebantur. Deos & Semideos annis 34000. Reges verò à Mene, ulque ad Nectanebum annis 2324, imperasse addebant. Undeviginti annis ante Alexandri Magni Monarchiam, ab Artaxerxes Ocho Persidis Rege Nectanebus regno expulsi sunt. Inter Nectanebum & Christi adventum anni circiter 350. interfuerunt; quare ab Ægyptiæ Monarchia initio usque ad Christum anni 36875. numerarentur; quæ quidem supputatio ab omnibus, ab iis etiam, qui Septuaginta adharent, vulgo rejicitur; qui enim Hebreos sequuntur, à mundo condito ad Christi adventum annos circiter 4000. enumerant.

Georgius Syncellus (*i*) peculiaria hæc ex tribus vetustis monumentis se haufisse afferit, ex veteribus nempe Ægypti Chronicis, Manethone, Eratostheni, unde Julius Africanus, & Eusebius quidquid protrulere, deduxerant. Chronicon Ægyptium, quod

1 Seculo off. eo floruit.

quod Syncellus allegat, quindecim ante annis quam Magnus Alexander in Persas irrueret, ad Nectanebi cladem desinit; continet verò Dynastias 30. & Generationes 113. quibus 36525. annorum spatium absuntur.

Manetho fuit Ægyptius Sacerdos, qui se Ægypti Templorum Scribam, seu a secretis appellat, & Regi Ptolemaeo Philadelpho, cuius obitus anno M. 3758. & 242. ante Christum contigit, Opus dedicat. De 30. Dynastiis, de Generationibus 113. & de Ægypti Monarchiâ à Dis, Semideis, & Hominibus gestâ, cum Chronicis convenienti, dissidet verò de annis, qui à Chronicis Dis tribuuntur: quod discrimen in Manethoni textus Interpolatores Marsham reserunt.

Quod ad Eratosthenem attinet, is Athenis à Ptolemaeo Evergete Philadelphi filio Alexandri accersitus, Thebarum, seu Diopolis Regibus recensendit incubuit; quorum 38. 1077. Spatio annorum imperiale exhibuit. Deficientem Manethonis historiam Eratosthenes fortè supplevit, eoque Thebarum Reges, quos enumerat, alias putamus ab iis, quos vetustum Ægypti Chronicum, & Manetho recentierunt.

Illud sane hic arduum statuere, quanti he Ægyptiorum antiquitates facienda sint; & an prorsus improbari debeant, an verò cum sacris Hebraeorum monumentis conciliari valeant. Eorum utique autoritas plurimù inde infirmatur, quod Ægyptia monumenta inter se non cohaerent; quod aduersentur Herodoto (*m*), qui nil à se referri testatur, nisi quod ab Ægyptiis Sacerdotibus accepit, quod denique Manetho Herodotum oppugnet [*n*], eumque falsum & mendacem Authorem appetit. Veritas una est, sibi coheret, seipsum fulcit, & omnes à se contradicentes avertit.

Ægyptum, quæ in Psalmis Terra Cham (*o*) appellatur, à Cham Noe filio populis primum frequentata per Sacros Iudaorum Libros edificata (*p*). Mezraim filium Cham Ægypti Regem scimus; Ægyptus etiam à Scriptura assidue Mezraim nomine designatur. Quæ omnia à veteribus Ægypti nominibus apud integræ authoritatis Scriptores recentis facile defenduntur. Plutarhus (*q*) Ægyptum Chemiam olim vocatam perhibet; cuius etiam Regionis vicis nonnulli nominis Cham veltiga præferebant: e. g. Chemnis, Psachemnis, Psittachemnis; Deus Hammon, regio Ammonia, Urbs Noammon; quibus omnibus Cham primi Ægyptiorum Authoris nomini satis inveniuntur.

Quantum ad Mezraim: Veteres Ægypti primum mensim Mezraim nomine appellabant Arabes & in praesentia magnam Cairum Mezraim nuncupant. Georgius Syncellus ab Hebrais, Syris, & Arabibus Ægyptum suā adhuc aetate Mezraim vocari solitum testatur. Quæ vetera Ægypti nomina, eaque omnia, quæ de eadem regione Sacri Libri proferunt, eorum Librorum veritatem mirifice probant, & Ægyptio-

rum chimeras omnino refellunt. Certo enim utique scimus, inter Cham & Magnum Alexandrum tot non potuisse annos interesse, quot ab Ægyptio Chronicis & Manethone statuuntur.

Licet verò annorum & Dynastiarum numerum à Chronicis Ægyptio exhibut, excipere cogemur, adhuc vetustatem, quam nimis maiorem Ægyptii ostentant, nullo negotio possimus revertere. Sunt, qui veteres Ægyptiorum annos nostris breviores fuisse defendant. Imperii initio Ægyptios Regum suorum Regnum per dies metit solitos Palephatus testatur (*r*). E. g. post Vulcani obitum, eius filius Helios 4477. diebus, annis, nempe 12, mensibus 3. & diebus 4. imperaverit. Nonne idem forte præstitum ab ætatis posterioris Ægyptius Authoribus, qui, ut suorum Principum annos augerent, & antiquitatem, quam ja-
titabant, comprobarent, pro diebus annos enumeraverint?

Diodorus Siculus (*s*) inane Ægyptiorum commentum vocat, quod vetustissimum Deorum singuli annis 2200. Dii vero júniores annis saltē 300. in Ægypto imperaverint; quodque propterea ab Herili, seu Solis Regno usque ad Alexandri Magni in Asiam adventum, anni 22000. intercesserint. Quidam mendacio purgatur Ægyptios, illud tuentur, quod ii, antequam juxta Solis cursum duodecim menses anno adscriberent, Luna orbibus annos metentes, mensim quilibet annum vocarent, ita ut anni 1200. quos cujuslibet Dei Regno adscrībunt, mensibus 1200. seu anno. respondeant. Successa temporis, adiunt, ex mensibus quatuor anno, quolibet constituto, anni 300. siuos deinde Reges imperasse assertuerunt. Hæc quidem ratio Ægyptiarum Dynastiarum antiquitatem incredibilem ad æquora reducit. Veteres Ægyptiorum anni, teste Censorini (*t*), mensibus duobus constabant; deinde à Rego Pisone ex quatuor mensibus constituti, tandem ex mensibus duodecim coaliuerunt,

Quod ad eorum Dynastias spectat, alteram alteri non successisse certò constat; plures enim collaterales fuere; plures etiam Reges, quorum alteri in catalogis apponit, sepe saepius corevi, eadem aetate, in suā singuli regione imperaverunt. Quare idem Catalogi septem varia exhibent nomina, juxta septem Dynastiarum Regiones, Thim nempe, Memphis, Diopolis, Thanim, Sethronem, alter Heraclopolis, Elephantinam, & Saim. Quæ quidem Dynastiae si sibi successisse dicantur, earum duratio nimis plus quam ab Ægyptis exaggeretur, necessario protracta. Ægypti igitur Monarchæ antiquitatem omnino non evertimus, eam vero multò minorem ducimus, quam ab Ægyptiis Authoribus ostentetur.

His sane Scriptoribus illud contigit, quod plerunque mendacibus, quibus nempe, etiam vera affirmantibus, nulla fides. Quare Ægypti sue Monarchæ antiquitatem non modò infirmarunt, verum etiam nos eò perdixere, ut vel eorum Historiam noscere, vel eorum Regum successio-

r Palephat. fragment. in Chronic. Alex.

s Diodor. Si-
cul. I. I. p. 15.
Vide & Plin.
I. 7. c. 48. &
Solin. c. 1.

t Censorin. de
die natali c.

19.